Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Johannes 278

ihesus sme illam: ut in diem
sepulture mee seruet illud. pau
peres enim semper habetis vobis
cum: me autem non semper habetis
Cognouit ergo turba multa
ex iudeis quia illic est: et ve
nerunt non propter ihesum tantu
set ut lazarum viderent quem suscit
auit a mortuis Cogitauerunt
autem principes sacerdotum ut et
lazarum interficerent: quia multi
propter illum abibant ex iudeis: et
credebant in ihm Sequenti autem
turba multa que venerat ad di
em festum cum audissent quia ve
nit ihesus hierosolima acceperu
nt ramos palmarum et pro
cesserunt obuiam ei et clama
bant: Osanna. benedictus qui
venit in nomine dni rex israhel
et inuenit ihesus asellum et se
dit super eum. sicut scriptum est Noli
time filia sion: ecce rex tuus
venit sedens super pullum asine
hec non cognouerunt discipuli eius
primum: set cum glorificatus est
ihesus tunc recordati sunt. quia
hec erant scripta de eo: et hec
fecerunt ei Testimonium ergo per
hibebat turba que erat cum eo
quando lazarum vocauit de monu
mento: et suscitauit eum a mor
tuis. audierunt eum fecisse hoc
signum. pharisei. Interea et ob
uiam venit ei turba. qr ergo
dixerunt ad semetipsos: Videte
quia nihil proficimus Ecce mun
dus totus post eum abiit Erat
autem quidam gentiles ex his qui
ascenderant ut adorarent in
die festo: hi ergo accesserunt
ad philippum qui erat a bethsay
da galilee et rogabant eum di
centes. Domine. volumus ihm vi
dere. Venit philippus et dicit andre
e. andreas rursum et philippus
dixerunt ihesu Ihesus autem respon
dit eis dicens: Venit hora ut
clarificetur filius hominis
amen amen dico vobis: Nisi granum
frumenti cadens in terram mor
tuum fuerit: ipsum solum manet Si
autem mortuum fuerit: multum fruc
tum affert. Qui amat animam
suam: perdet eam Et qui odit anim
am suam in hoc mundo: in vitam eter
nam custodit eam. Si quis mi
nistrat mihi me sequatur Et vbi sum
ego: illic et minister meus erit
Si quis michi ministrauerit ho
norificabit eum pater meus.
Nunc anima mea turbata est. Et
quid dicam. pater saluifica me
ex hac hora Set propterea
veni in hora hac. pater clari
fica nomen tuum. Venit ergo vox
de celo dicens. Clarificaui. et
iterum clarificabo. Turba ergo q
stabat et audierat dicebat to
nitruum esse factum. Alij autem di
cebant. angelus ei locutus est
Respondit ihesus: et dixit. Non
propter me hec vox venit: set
propter vos. Nunc iudicium est mu
di. Nunc princeps huius mundi ei
cietur foras. Et ego si exaltatus
fuero a terra: omnia traham
ad meipsum hoc autem dicebat sig
nificans qua morte esset mo
riturus. Respondit ei turba Nos
audiuimus ex lege: quia christus ma
net in eternum Et quomodo tu dicis
oportet exaltari filium hominis
Et quis est iste filius hominis
Dixit ergo eis ihesus adhuc
modicum lumen in vobis est. Am
bulate dum lumen habetis luce
ut non tenebre vos comprehendant
Et qui ambulat in tenebris:
nescit quo vadit Dum lucem ha
betis credite in lucem: ut filij lu
cis sitis. Hec locutus est ihesus: et